

Reges Babilonie
Merodach



Festus Merodach fuit primus rex babilonie qui a monarchia assyriorum recedens. non obediuit Assaradon similiter nec rex medorum. Et ob hoc regnum Assyriorum defecit regesq; Babilonie ceperunt esse potentes. Iste etiā misit munera Ezechie.

Ladus scacorum reperitur ab Xerse philizopho pro correctione Euilmerodach tyranni. qui sapientes et magistros suos occidere consueverat: quo solatio retractus fuit a tyrannide ad emendationes.

Nabuchodonosor iste rex babilonie victorissimus fuit. eo quod esset virga furoris domini: ut puniret peccata populorum. obtinuit regnum assyriorum quod destructum erat a Medis. Et factus est monarcha quod postea cum feris habitans septem mensibus. prope Danielis in pristina nabuchodonosor forma septem annis penitens est restitutus. Cui res geste magni cognomen dederunt. multa cum finitimas bella contempsit: et quod maxime cum egyptiis. ad extremum iudeam devicit. Et syriam durissimo sibi subiugavit iugo. Joachim interfecit. et successorem cum vasibus domini in babilonem transtulit. et Sedechiam patruum suum loco suo suffecit. Porro dum vixisset annis quadraginta defunctus est in babilone. relicto eius filio Nabuchodonosor regni successore.

Bisantium urbs tracie maritima a grecis sic nominata. Lacetemonij condidit eam primo. quod appollinense consulibus ubi nunc sedes quereret mandasse oraculum memorie: perditum est ut contra cecos habitationem locaret. Cecos autem megarenses appellavit Calcedonis conditores. Qui cum prius in tracia nauigassent: situmque ubi postea bisantium edificatum est conspexissent. Omissa tamen locupleta ripa tenuiore regionem in asia elegerunt: ut Strabo refert. Et autem Justinus et Eusebius ponunt hanc civitatem Anno ante adventum christi. 663. In grecia ex opposito calcedonense agri loco quidem optimo et munitissimo a pausama spartanorum rege prius conditiois sue initium habuit. Et cum parva admodum esset: Postea a Constantino magno imperatore que eam adauxit et exornavit Constantinopolis dicta. de qua latissime circa sua tempora describens laude digna.

Bisantium

Xerxes phus



Nabuchodonosor

